UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epistolai tu hagiu Isidōru tu Pēlusiōtu

Isidorus <Pelusiota>

Parisiis, 1585

Celso. 346.

urn:nbn:de:hbz:466:1-71898

Visual Library

uiam & ſocordiam inflectere, cùm contrà magna cum animi contentione ſtare debeas, ac Dei miſericordiam & facilitatem ſupplicibus verbis implorare. At non me hoc facere ſinit Deus in Dauide loquens, ac ſe eum, vt peccantem, arguturum minitans, qui cum adulteris portionem ſuam ponit. Ac proinde, ſi falſas blanditias, & aſſentationes amas, eos perfer, qui te in fraudem inducunt, ac circunſcribũt. Si autem te ad Deum abiturum eſſe expectas, conſiliis meis obtempera, gulæque rabiem extingue, voluptatum igniculos conſopiens: quarum immodicus vſus homines ad futuras flammas tranſmittit.

Celſo. 346.

Quemadmodum lanæ, ad excipiendam purpuræ tincturam, ob veſtimenti excellentiam rigidè admodum priùs aſtringuntur: Eodem modo ille ingenti animi magnitudine præditus Paulus, à Iudaica væcordia præciſus, triduana cæcitate priùs aſtrictus eſt, vt qui Dei purpura effectus ſit, omnéſque homines, vt idem fiant, cohortetur.

Martiniano & Zoſimo. 347.

Si nec diuinam diſciplinam, quæ monẽdi veſtri cauſa exiſtit, perſentiſcitis, nec ea, quæ vobis in memoriam redigimus ad meliorem mentem induendam accipitis, charybdis quædam eſtis, inferno ac perditioni ſimilis, omnia ea, quæ porriguntur, in exitium torquens. Cuius Chriſtus omnium Dominus os obſtruet, vt diuina præcepta ſeruetis, atque aliquando tandem palinodiam canatis.

Siluano. 348.

Hoc Iudæi quoque olim fecerant, in ſacrificiis liberaliter ſe gerentes, atque interim Legis Magiſtros & conditores lapidibus obruentes, quod vos item illorum exemplo feciſtis, dum donariis quidem ac votiuis muneribus diuinum templum

καὶ τὸν θεὸν περὶ ἐλέους καὶ οἰκτιρμῶν ἱκετεύειν. ἀλλ' οὐκ ἐᾷ με ὁ ἐν Δαβὶδ λαλήσας θεὸς, τὸν τιθέντα μετὰ μοιχῶν τὴν μερίδα ἐλέγχειν ὡς ἁμαρτόντα ἐπαγγελλάμενος. εἰ τοίνυν τὰς ψευδεῖς κολακείας ἀγαπᾷς, ἀνέχου τῶν ἀπατώντων σε. εἰ δὲ πρὸς θεὸν ἀπελθεῖν προσδοκᾷς, ἐμοὶ πείσθητι παραινοῦντί σοι, καὶ σβέσον τὴν γαστρίμαργον λύτταν, μαραίνων τῶν ἡδονῶν τὰς ἐκκαύσεις, ὧν αἱ ὑπερβολαὶ πρὸς τὰς ἐκεῖθεν παραπέμπουσι φλόγας.

Κέλσῳ. τμϛ.

Ὥσπερ τὰ ἔρια πρὸς παραδοχὴν βαφῆς ἁλουργοῦ, αὐστηρῶς μάλα προστύφεται διὰ τὴν τοῦ ἐσθήματος τιμιότητα· οὕτως ὁ μεγαλόφρων Παῦλος τῆς Ἰουδαϊκῆς ἀποτμηθεὶς ἀλογίας, τριημέρῳ προσεστύφθη, πηρωσει ἁλουργὶς θεοῦ καὶ γενόμενος, καὶ πάντας ἀνθρώπους γενέσθαι προτρεπόμενος.

Μαρτινιανῷ καὶ Ζωσίμῳ. τμζ.

Εἰ μήτε τῆς θείας παιδείας εἰς νουθέτησιν ὑμῶν γινομένης αἰσθάνεσθε, μήτε τὰς ἡμετέρας ὑπομνήσεις εἰς μετάγνωσιν δέχεσθε, χάρυβδίς τις ἐστὲ, ᾅδῃ καὶ ἀπωλείᾳ ἐοικυῖα, πάντα τὰ διδόμενα, εἰς ἀφανισμὸν καταπίνουσα, ἧς ὁ πάντων δυνάστης Χριστὸς ἐμφράξει τὸ στόμα, ἵνα φυλάξητε τὰς θείας ἐντολὰς, καὶ κἂν ὀψέποτε παλινῳδίαν ᾄσητε.

Σιλουανῷ. τμη.

Τοῦτο καὶ Ἰουδαῖοι πάλαι πεποιήκεισαν περὶ θυσίας δαψιλῶς διακείμενοι, καὶ τοὺς τοῦ νόμου διδασκάλους καὶ ποιητὰς καταλεύοντας, ὅπερ καὶ ὑμεῖς ἐκείνους ζηλοῦντες πεπράχατε, ἀναθήμασι μὲν κοσμοῦντες τὸν θεῖον νεὼν,